



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 126. Ciamontus Fædere a Papa proposito delusus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI ca Venetos Cameracense foedus exequatur. **A.C. 1510** V. Ludovico XII. Cotignola reddatur, eidemque ad cuncta beneficia, in Italiae statu sita, nominatio concedatur. VI. Cardinalis Auxitanus libertati restituitur, Cosentinus vero, Sanseverinas, Sanctæ Crucis, Bajocensis, Macloviensis Cardinales, in Pontificis gratiam recipiantur.

§. CXXVI.

Ciamontius foedere a Papa proposito delusus.

Raynald. hoc ann. n. 23.

Hosce articulos Picus Mirandulanus ad Julium detulit, qui præter morem suum illos sereno admodum vultu perlegit, quid tamen decerneret, suspensus hæsit, cum ecce! opportune adveniunt Hispanorum copiae, simulque Venetorum exercitum appropinquare, jamque Padum trajecisse nunciatur. Gemino hoc nuncio Papa summopere lætus, ut melius animi sui propositum tegeret, primo articulos a Pico allatos penitus non reject, sed ad Ciamontium denuo quosdam ablegavit, qui articulos duntaxat mitigari peterent; hac via Julius moras quærere, nectereque statuit, usque dum Marscalli furorem pari armorum potentia eludere posset. Ciamontius aut incurius, aut dolum subesse haud suspicatus, Pa-
pæ

pæ postulatis cessit; cum vero Fabricium Columnam cum quadringentis lanceariis accurrere intellexisset, abjecta omni concordiae spe errorem suum agnovit, moxque Pontifex eidem significari jussit, se nunquam concordiam initurum, saltem nisi Galli haud ultra se Ferrariae Duci patrocinatorum sponderent; cum vero Galliciarum Rex hujus Ducis partes tueri statuisset, Ciamontius præcipiti fuga Crispolano excessit, suasque copias æquis partibus Regiensi, Ruberianæ Saxulensi, Formicanæ, & Monsequiensi urbibus imposuit, tegens fugæ suæ ignominiam specioso submissionis prætextu, quam erga Cæsaris, Arragoniæ, ac Angliæ Legatos Gallici exercitus discessum instanter sollicitantes profiteretur.

Sæcul. XVI.

A.C. 1510

Ferron. in

Lud. II.

Raynald. hæc

ann. n. 23.

§. CXXVII.

Consilium Papæ de Ferraria rursus obsidenda.

Jamjam Mensis November incæperat, atque que hyemis asperitas tentoria figendi opportunitatem denegabat; unde Cardinales bellicis expeditionibus finem imponi, Papam impense rogabant, veriti, ne in simile discrimen, quod ægre paulo ante eluctati essent, denuo inciderent, nec

Guicc. l. 9.

Hist. Eccles. Tom. XXXII. M. de-